[S]ecunda pars operis habet tres tractatus. Primus est de contractibus gratuitis et specialiter de mutuacione. Secundus de contractibus non gratuitis et tamen omnino voluntariis. Tercius de contractibus non gratuitis aliquo modo involuntariis includentibus. Primus tractatus. Primum capitulum ponit quod liceat mutuans possit repetere mutuatum et ultra hoc recipere sponte oblatum, nichil tamen potest ultra hoc recipere vel pacisci pro mutuacione et probat hoc tam racione quam auctoritate et inde. Secundum capitulum probat idem propter liberalitatem et comparacionem mutuacionis. Tercium capitulum movet dubium quare non possit mutuans pro bono temporali estimabili pecunia quo caret, est sibi penale et dampnosum, et quod mutuum recipienti est utile, aliquid recipere, et videtur quod hoc est racio quia ponitur quod est estimabile pecunia, et quantumcumque diu teneat satis sit dum reddit sibi mutuatum vel equale. Quartum capitulum ostendit quod nichil debet mutuans pro usu pecunie quam quis mutuat, licet usus sit distinctus a pecunia, sed quod pro aliquo usu pecunie non mutuate possit bene aliquid recipi. Quintum capitulum quod mutuans nichil potest recipere pro dampno quod videtur habere occasione pecunie mutuate. Sextum capitulum quod non liceat recipere aliquid tamquam libere pro mutuacione oblatum. Septimum capitulum concludit quod in nullo casu usura est licita, licet aliquis mutuans recipiat plus quam mutuaverit, de quo ponuntur tres casus. Octavum capitulum tractat duos casus in quibus permittitur recepcio ultra sortem et investigat quare possint ista habere racionem. Capitulum nonum quo modo pro re vendita ad certum terminum possit aliquis recipi ultra valorem rei et quo modo non, et infert quod dacio tantum ad solvendum debitum est usuraria vel etiam talis mutuacio etc.

[S]ecundus tractatus secunde partis est de contractibus non gratuitis sed tamen voluntariis ut sunt empciones vendiciones campsiones et specialiter descendit ad negociaciones. Et primum capitulum querit utrum liceat rem emere cum hac intencione ut carius vendatur et primo sit videre argumenta ad partes etc. Secundum capitulum ponit species commutacionis et ostendit quid sit negociacio et quid bonum vel malum importet ostenditque difficultatem materie. Tercium capitulum investigat fundamentum huius materie et ponit unum modum quo res potest vendi carius quam valet, et duos vendendi carius quam empta est. Quartum capitulum declarat et probat primum modum vendendi

rem carius quam empta est, cum melioratione eius et ostendit modos meliorationis. Quintum capitulum infert unam conclusionem generalem et conclusio dicto spiritualia. Sextum capitulum querit an venditor teneatur dicere defectum rei vendite emptori. Septimum capitulum querit quanta noticia requiritur de estimatione valoris rei et movet dubia de communi estimatione. Octavum capitulum ostendit quod res que valet x non possit dari pro viginti licet ille vellet dare plus quam x magis volens sed idem x quia solutio differtur et quomodo res possit vendi carius quam valet. Capitulum nonum ostendit quid requiritur aut sufficiat ad estimationem estimandi quantum res valeat vel quod estimatio sit iniusta. Capitulum x tractat quomodo magis vel minus precium quam venditur res cum vera estimatio ignoratur. Capitulum xi inquirit an negociator licite possit emere rem pro x et statim vendere pro xii vel xv. Capitulum xii an habens merces iam multum valentes et species vel preciosas quod multi similes venientes sunt et credens eas postea minus valituras possit suas uno precio vendere sicut antequam hoc perciperet. Capitulum xiii movet dubium circa dicta duorum precedentium capitulorum et quod tales contractus videntur esse contra caritatem proximi et videtur. Capitulum xiiii ostendit quam periculosa sit negociatio vel mercatura cum septem motivis. Capitulum xv quomodo mercator cupiens salvari debeat se tenere. Capitulum xvi de cambio vel campsione.

Tractatus tercius est de hiis contractibus qui licet sint voluntarii habent tamen aliquid involuntarium. Capitulum primum querit utrum licitum sit aliquid per ludum acquirere et illud retinere et arguit ad partes. Secundum capitulum ponit quo ludus sit peius in turno et quod non peccat ea que circa talem dum acceptat et ut frequenter contingit pensandum sit an sit licitum. Capitulum tercium ponit certa et movet dubia videtur quod alia per sex ponit conclusiones quarum prima probat. Quartum capitulum probat secundam conclusionem per alias conclusiones simplicis comparabilitate que est in obligatione ludentium et convalescentis voluntarie contractus. Quintum capitulum ponit ad tertiam conclusionem alias duas conclusiones simpliciter de differentiam ludentium ad voluntatem et cum abusu rerum a deo datarum. Sextum capitulum movet et ponit dubia contra secundam conclusionem et probationes eius et solvit ea. Septimum capitulum probat terciam et quartam conclusiones tercii capituli. Octavum capitulum probat quintam et sextam conclusiones tercii capituli precedentis. Capitulum nonum querit et videtur quod retinere licite possunt acquisita pluribus quam causa repeti possunt reddique debeant et quantum peccatum sit sic ludere videtur secundum omnibus primi capituli. Capitulum x de hiis datis vel contractibus que ab involuntario per ignorantiam oriuntur habent. Capitulum xi inquirit quibus conveniat elemosinam petere et mendicare. Capitulum xii inquirit an sit data elemosina cum debito et quam periculosum sit illos mendicare quibus non de iure convenit vel debetur. Capitulum xiii movet obiectionem de clericis et religiosis et videtur ostendere quo iure eis debeatur elemosina. Capitulum xiiii movet dubia quare alii qui non sunt religiosi vel clerici quibus ut presumitur deus inspirat quod ita magna et bona faciunt sicut clerici vel religiosi non possunt tam bene etiam petere et recipere sicut ipsi. Capitulum xv est de datis in voluntate per violentiam vel metum aut aliam passionem an iuste recipiantur aut quomodo etc.

De translatione rerum temporalium ab uno homine ad alium secundum congruentiam materie determinate et primo aliquid dicere magis quid videtur esse utile sed est multiplex difficultas. Nam non veritas quamquam rarissima qui sine vigore rex translatione vivat et utique necessarium est scire quomodo quis res tales iuste transferat vel ab alio translatas acceptat cum ut ait salvator qui in medio iniquus est et in maiori iniquus est et in minima aut modo sit bona temporalia extimata aut sit difficultas multiplex. Patet primo quia quod non est sufficiens ymaginabilis humanorum varietas ingeniorum et actionum quibus homines ad huiusmodi translationem inducuntur. Nonnumquam tam subtiliter et cautulose quod non facile est videre quod iuste vel iniuste contingat. Vel vero iam transferentes voluntarie faciant vel invite. Deinde quia tam varii contractus et modi acquirendi temporalia cottidie novis modis et cautelis excogitantur quod difficile est dare doctrinas generales. Et in quibus dicitur aliquis contractus vel contrahendi modus attenditur ea que circa sunt illicita inveniuntur inter subtiles quia casus

mos vel contractus excogitant in quibus illud
quod frequenter male fit licite posse fieri vi
detur. Et si quis vere dicit aliquem contractus
licite posse fieri plures male intelligunt et
vero dicto abutuntur credentes idem esse licite
quocumque fiat et sub colore licitorum contractus
boni multa mala et illicita committunt. Magna
etiam difficultatem facit quod magni doctores
non dum diversarum facultatum sed etiam eiusdem
sunt non solum in aliquibus theorice vane multi
plicate sed etiam circa contractus quod non dum
simplices de hoc causam nescientes quid agere
sed etiam bene intelligentes nichil volunt
consulere timentes sibi et nolentes in tali du
bio super se recipere periculum consulendi. Et certe
non immerito timendum videtur. Quis enim non
timeat aliquid asserere consulere vel tenere contra
si doctores magnos plures habeat sibi contra se
habet viros doctissimos non dum in scientia sed et
conscientia et vita famatos quorum in aliis scripta
vix capit et eorum ingenia venerando miratur.
Dato enim quod rationes eorum quas ponunt videantur
solubiles esse et non concludere. Nonne adhuc est
presumendum eos non leviter esse motos aut rationes
eorum non sufficienter expressas et eas posse soli
dissime confirmari vel quod forte magis bene intelligant
quam rationes eorum. Si ergo per utraque parte sunt
tales sicut certa est in multis contractibus quid faciet
vel consulet simplex homo. Scholis et conventibus
doctorum multa incrementa sapit. Crimina enim
pauperes sunt qui possent aliquo contractu sibi
de vite necessariis providere sed credentes alicui
quam de opinione dicenti eum esse illicitum
dimittunt et quod nesciunt nutrire vel laborare vel
timent minus adeo abstrahunt se ad talia concu-
pienda dederunt penitus in temporalibus et mendicare
coguntur et ultra hoc ab illis de contraria opinione
derident. Cum non alia pro credunt dum ab illa
de opinione bona periculose stare credunt ipsi quoque
mercatores scrupulos incurrunt sicut plurime sin-
gunt vexationes et scandala utrobique non dum
exprimat doctoribus et actoribus sed expeditioribus
publice constitutionibus et iudicibus manifeste vno
hoc alio illud iudicante vel docente. Inquo sepe
magis audaces sunt qui de materia parum
vel nichil intelligunt. Cum ergo bonum foret
et utile talia discuti que forsan in merito
cum dum in tanta valle vacillacione indeter-
minata relicta sunt non videtur inutile

quod quoticumque in hac materia aliquid intelligere
verisimile se credit aut racionabile dubium
in ea posse movere vel solvere illud sine te
meritate consultat si forsan hoc modo tandem
veritas pateficiat. Maior enim videtur esse uti
litas quam periculum in scribendo sive
ut quis opinetur sive aliter. Ita si vere bo
num est quod aliquis faciat sic aliter quam vere
ad correctionem aliorum utile est ut videant et
improbent ne simplices sequantur errorem et
ipse cuique est quod reprehensat absque sensu
reductus. Hac igitur intentione et fiducia hinc
plane manum in mitto. Dividitur autem presens
opusculum in tres partes. In prima agitur de fun
damentis generalibus et speciebus translationum de spe
ciebus et divisionibus earum et aliis generalibus
ad translationes requisitis. In secunda parte agitur
agitur de translationibus que in quantum sunt
circa res mobiles. In tertia parte agitur de transla
tionibus censuum que sunt circa res immobiles.
Prima pars habet unum tractatum qui continet decem
capitula. Primum capitulum investigat primum fun
damentum in quo consistit translatio et quomodo
requiritur ad eam.

Vm autem non sit dubium quin ista ma
teria sicud et alie quecumque aliquod
fundamentum habeat vel aliqua super quo vel quibus
consistat. Id circo ut melius possit videri
que translatio sit iusta vel iniusta. Consi
derandum est primo de radicali fundamento
propter actum aut rem vel quomodo huiusmodi
translatio rerum fiat. Nisi enim hoc pateat non
potest iudicari an iusta sit translatio vel iniusta.
Et non sequitur indicabo de iusticia eius dequa
questio que sit licita aut quorum translatione iuste
res a possessore etiam penitus invito. Tamen
de ipsis translationibus non est prius difficultas
quia satis planum est quod omnis talis est in
iusta nisi expresso mandato vel ordinatore
alicui auferatur vel adiudicatur a iudicio
legitimo. Talis enim ille invito caret et con
datur vel adiudicatur huius modi secum contra
sua ceteris paribus recepit atque tenet. Prin
cipalis igitur intentio hic est loqui de translatio
nibus rerum penitus vel saltim aliquo modo volun
tarie sive mixtis. Quia post creaturas ratio
nales solum talibus actibus conveniunt iusticia vel in
iusticia sed cum actus exterior imperatus non

dicitur voluntarius sine quo sine imperium nisi quia abitioni qui est elatus predictus sequitur quod ad omnem translationem voluntariam alicuius rei requiritur aliquis actus voluntatis interior eius cuius est res et si non actu et principaliter quod videlicet sit translatio saltem prime et antecedenter. Istud ideo additur quia si quis dominus dedisset heri officiali suo potestatem conferendi in [illegible] vel agrum hodie et postea nunquam cogitaret de hoc et officialis hodie auctoritate sibi commissa daret in quod commissum est translatio proprissime habet maxime domino ipso ante donationem non renovante vel contra dissentiente si sic dedisset potestatem dandi quod renovatio locum non habet. Sed licet requiratur ad translationem rei talis actus interior voluntatis vel consensus eius cuius res est ille tamen non semper sufficit ad [illegible] [illegible] dicit quia si dominus commisisset ut daret et commissarius non daret non esset datum. [illegible] quod etiam si ille daret cui [illegible] esset et iste cui vellet dare non acceptaret non fieret res sua eo nolente cum [illegible] si sua fuisset vel esset quam eam derelinqueret vel pro derelicta haberet desineret esse sua.

Secundum capitulum ostendit quod sufficiat ad hoc quod fiat translatio

Iterum autem ad hoc quod res aliqua transferatur aliquo modo ab uno ad alium requiritur voluntas seu actus voluntatis eius qui habet potestatem eam sic transferendi quo quidem actu volente ut res sit illius requiritur etiam voluntas seu velle eius qui habet potestatem eam sic acceptandi quo scilicet actu acceptat et tunc habet actum illius transferentis. Sic etiam ad translationem alicuius rei sufficiunt tales duo actus ad sic transferendum actuales voluntatis. Aliud quod ergo ultra hoc sit signo verbo vel facto hoc non pertinet ad esse translationis sed ad notificationem predictorum et confirmationem eius. Dico autem notanter voluntas habentis potestatem transferendi et non voluntas eius cuius est res quia non nunquam aliquis habet potestatem transferendi ut videlicet vendendi rem vel dandi sicut monachus ex commissione abbatis cuius tamen non est ipsa res. Sic etiam dico de voluntate acceptandi eius qui potest acceptare non est enim acceptatio et per quos nec ipsa translatio

nota [illegible] solucionem implicita

eius quibus non habet potestatem acceptandi. Et quod ista videlicet tales tantum voluntates sufficiant ad translationem sufficienter sic suadetur. Si enim petrus voluisset clamare per omnia revelationem voluntatem pauli talem quia omnino vellet quod ista res esset petri et paulus etiam videret voluntatem petri ad acceptandum eam. Cum non esset tunc efficax datio et acceptatio sic facta coram iudice supremo sicut facta sufficiente iudice terreno. Ponatur quod paulus vellet negare se talem voluntatem habuisse iudici terreno coram quo petrus paulum super hoc conveniret dicens quod [illegible] vel claram revelationem ostendit iudici facti veritatem nomine iudex tamen debet stare testimonio dei qui nec fallere potest nec falli et ad indicare rem petro sicut testimonio hominum fallibilium et aliquorum fallacium vel periurio quod potest esse confictum. Confirmatur quod enim constat humano modo iudici quod verba signa vel facta talis voluntatis vel consensus expressiva prolata vel acta sunt ex mente [illegible] [illegible] vel sine pertinentia ad talia debito [illegible] non indicant [illegible] facta vel verba [illegible]. Et hoc non est [illegible] nisi quod non constat [illegible] voluntarium et liberum assensum consensum. Igitur sequitur quod [illegible] tantum ut dictum est hoc constat quod tunc vere indicatur translationem esse factam ergo per solas tales tantum ut dictum est voluntates fit translatio.

Tercium capitulum ostendit quam utilis sit huius fundamenti investigatio

Investigatio autem huius fundamenti quod videlicet translatio rerum vel totaliter vel saltem principaliter dependeat vel pendencia sit ex actibus voluntatis et maxime interioribus et quod alia non sunt nisi [illegible] vel testimonio vel signo videtur esse multum utilis quia multi ex solis [illegible] volunt concludere contractus aliquos illicitos aut iniustos. Sic tamen licentur emere [illegible] decem florenos pro centum florenis sub condicione recipiendi per decem annos sicut mutuans decem florenos centum ad totidem annos et recipiens omni anno decem si secundum se illicitum [illegible] et usura [illegible] et [illegible] ad [illegible] non videtur ac indicare secundum hec verba [illegible] vel [illegible] secundum facta opera enim illorum sequuntur illos. Istud argumentum et similia magnum

colorem habeant si tres contractus debeant iudi-
cari secundum conscientia. Si autem tres contractus consi-
stunt principaliter in actu interiori et si aliquis est
actus voluntatis mutuacio quam vendicio et
mutui recepcio quam empcio tunc planum est quod
non concluditur etiam argumentum. Et de hoc plus et
specialius infra dicetur. Et quia humanum actum
interiorem solum deus est scrutator et iudex
ideo si quod de talibus homines iudicare debuerint
necesse est ut hoc fiat secundum signa que sunt
voluntatis sue expressiva. Quia vero
communiores ... in omnibus contractibus magis usitata
sunt ista do das dare dacio si quid libere
transferretur dicunt do tibi hoc emeretur et ven-
deretur dicunt da michi hoc precio vel ergo da-
bo tibi vel do istud pro illo / mutuaretur inquit
da michi quod tibi mutuam / lusores da michi
quod lucratus sum inter et de aliis ideo primo
videtur esse considerandum quid sit dacio que videtur
esse genus ad genera et species contractuum.

Quartum capitulum describit quid sit dare vel dacio
que est quasi genus ad omnes translaciones

Quid dacio

Videtur autem sic posse describi quod dacio
maxime quando est proprie dicitur est
consensus potentis transferre rem in alium ut sit
vel fiat recipientis illius eo modo quo sua non fuit
ante consensum huiusmodi. Ubi primo dicitur dacio
consensus ponitur pro genere. potentis transferre dici-
tur quia alio dante michi aliquid tu potes consentire
quod habeam illud sed per hoc nichil das cum huius-
modi nullum posse habeas. Ideo dicitur potentis transferre
et non dicitur cuius est res quia aliquis cuius ipsa
res non est potest eam dare ex commissione illius
cuius est dominus rei. Dicitur etiam rem sed in
describendo ista dacionis vel alia quecumque genera-
lis valeat oportet illud nomen res intelligi large
et intelligi non solum pleno ente vel pluribus de
facto realiter existentibus vel communibus sed pro quod
erit aut potest esse et forte nunquam erit sicut ab
dicitur dare vel emere fructus futuros arboris vel
pisces capiendos in flumine quorum forte tamen
nullus erit sic dicitur da michi habere ... que
... vel etiam habere que forte nunquam
movebitur et nichilominus dicitur etiam dari ven-
di vel emi licet aut locari videatur impropria ad
bonum tamen intellectum non est vitanda ...
... quid dat alii dico quod ...

vel ius recipiendi si venerit aliquid vel perdis
condandi vel imponendi silencium vel dictandi
quomodo debeat emendari fieri. Sic enim princeps
dat iudici iudicandi et iudex dat potestatem in-
dicandi etiam si ... causa iudicetur
contra eo de hoc tamen plus dicetur in tractatu de
censibus. Et forsan est locucio secundum logicam
sed vera quia cum voluntas est impossibi-
lium ... signa actum voluntatis pre-
cedere semper ... sicut ista pro-
ce vera ergo volo quod tu habeas omne quod michi
hodie dabitur esto etiam quod nichil detur. Ita
quod dacio est actus voluntatis potest bene ...
semper non existencia. Dicitur etiam in descripcione ut
sit vel fiat propterea cum potentem aliquid non
statim consequitur res si precia sit translacio
verbi gratia ergo possum velle quod iste denarius
que tibi ad ... dedi iam sit tuus pos-
sum etiam velle quod non statim sit tuus sed
post diem vel horam cum plurima ... et
tunc licet iam consenciam tamen non sit iam tuus
etiam si interim moriar. Dicitur etiam eo modo
quo sua non fuit ante consensum huiusmodi quia
possibile est quod res que prius fuit mea ali-
quo modo ad tempus vel sub aliqua condicione vel solum
ad usum ... detur in alio modo videlicet per-
petue sine condicione vel ... conver-
tenda. Si autem res prius fuisset omni modo mea
tunc iam nichil mea daretur in donacione.

Quintum capitulum ponit quid sit dacio gratui-
ta et dividit eam ...

Habita descripcione videndum est de divisi-
one dacionis dicitur quedam est gratuita et
quedam non gratuita quedam mixta. Gratuita est
que sic fit libere quod dans non intendit nec ...
obligacionem vel retribucionem accipere pro re
data licet ... dans elemosinam intendat ...
et desiderat retribucionem a deo nichilominus tamen potest
autem debet intendere obligacionem ... vel
retribucionem tamquam debitam ... vel ...
dacione. Et est duplex quedam est simplex
et illimitata ac sine omni pacto et retinet
prius nomen dacionis. Alia est limitata ad
tempus vel sit cum pacto reddendi eam et vo-
catur mutuacio et habet hoc nomine ...
dicitur enim mutuo quasi meum tuum facio. Hoc
significans quod tibi mutuo non simpliciter definit
esse meum sed solum ad tempus ... debet esse
tamen unde venerit possum dicere ... tuum

Dacio gratuita

Alia dacio que est elemosina

Alia dicitur mutuacio

apud te hic inveniret. Et ille, ut diceret pauper, nil omnino michi habens an debitores habe solutum mihi tenerent; etiam si aliud michi haberet, licet esset et dicta posset pauper ad opus. Cum quidem datio sit describitur quod mutuatio activa est quedam datio rei qua vel equivalentes tenetur reddere recipiens iuxta pactio. Mutuatio vero passiva est talis rei receptio. Et distinguunt aliqui inter mutuationem et concessionem quod mutuatio fit in re cuius dominium transfertur vel cuius omnis usus est eius consumptio ut in cibo vel pecunia. Concessio vero in re cuius dominium non transfertur vel cuius usus non est eius consumptio ut in domo vel veste qua etiam quis magis vel saltim non minus consumitur non utendo eius quam utendo. Dicitur autem mutuatio pecunie datio quia dominium transfertur. Hinc etiam scriptura frequenter vocat eam dationem ut patet Exodi xxii Deutero[nomii] xv. Luce vi. Et dicitur gratuita quia sicut illa pura et simplex gratis fit sine limitatione sic ista debet gratis fieri salva ista limitatione de reddendo. Hinc salvator dicit ubi supra nichil inde sperantes scilicet ultra redditionem rei. Additur etiam quia vel equivalentes tenetur reddere rem nisi in hoc esset pura et libera facta datio. Dicitur autem vel equivalentes quia aliquando res eadem non potest reddi quia distrahitur ut pecunia vel perditur aut perit aut consumitur vel comeditur. Dicitur etiam iuxta pactum quia mutuo recipiens non tenetur rem mutuatam simpliciter reddere nisi ita sit pactatum potest enim tale pactum fieri quod restituat si pervenerit sanitati vel si aut dominum venerit ad pinguiorem fortunam et tunc si non venerit conditio reddere non tenetur. Sexto capitulo movet dubium de hiis qui dant temporalia et volunt habere spiritualia et econtra.

Si dubitaret aliquis an non dans gratuite elemosinas vel mutuans licite intendat ut deus remuneret eum et recipiet orationes pro ipso. Videtur quod sic sed hec quo ad deum magis est doctrina dei vel sua benigna promissione quam pactum vel re illa. Similiter licet pauper in virtute danti obligetur ratione pietatis pro elemosina vel mutuatione exhibita ad orandum pro eo vel ad aliud pium opus ad quod sufficiat cum quelibet gratuite beneficiatum videtur ad caritatem et gratitudinem obligetur. Quamvis etiam impendens promovere pietatis opera possit licite intendere quod ille sit etiam pronus ad ipsum in illo modo sed per intentionem hoc licite tamquam debitum pro data vel ratione dationis sed tamquam primum opus ratione pietatis qua ondit. Cum quidem pietatis datio illa est effectus et res data signum. Quicumque intendit aut sperat ratione mutuationis vel pecunie mutuate aliquid tamquam debitum conductum ultra sortem habere usura committit sicut in sequentibus probabitur. Sic qui intendit ratione pecunie quam dat presbitero pauperi vel alii habere eum debitorem ut dicat missam vel aliam orationem vel qui pecunia se obligat ad talia symoniam sine dubio committit. Sicut hoc videtur Dominus pro simplicibus qui nesciunt talem distinctionem facere et inter ista distinguere et insimplicitate dicunt. Recipite hanc pecuniam et legite tot missas aut psalmos. Videtur quod communiter dominus sit periculosum quam manifeste sit pactum ut quis dicat. Quid vultis accipere et legere tot missas et ille dicat tot vel tot non video enim qualiter bene possit videri de mente quia talia verba tam expresse contractum vel pactum exprimunt nisi aliunde constet vel presumat de prava intentione. Similiter periculosum est et simpliciter malum quecumque verba dicantur quia talis pacto intendit. Verum premissa verba de forma sua non exprimunt nec includunt pactum licet forte a multis talibus intelligantur propter consuetudinem sic loquendi in contractibus aut pactis. Quare enim non possent sic intelligi verba predicta. Domine ego facio tale opus pietatis erga vos in qualibet et peto ut faciatis hic pene in spiritualibus et est satis modus conveniens dare sacerdoti pecuniam et petere ut oret aut missam legat aut quod pro petitione optinere. Sed ad quem magis conveniens est primum petere et amicari presbitero quod velit facere sicut petitur postea dare sacerdoti quod quis dare concepit. Valde namque spero quod ymmo firmiter credo de simplicibus personis com[mu]nibus in gratia quod exhibeant peccatum dei a tam mala voluntate vel intentione symoniaca sed magis inclinent per ipsam gratiam ut actus suos dirigat in quem intentionem qua hec in hiis vel hic debent boni fideles. Et quisque in talibus refert intentionem

Nota mutuatio

Differentia inter mutuationem et concessionem

Nota quod recipiens mutuum reddere non tenetur

Quo dans elemosinam debet intendere retributionem

Quid debet pauper intendere sibi respondi ex debito pietatis

Nota quod committitur symonia obligando aliquem ad missam dicendam

Nota periculum

Caute periculum

Nota cautelam pro laicis et simplicibus

Nota

Nota bona cautela

Donatio vel gratuiti

Verba nota quibus conveniunt in intelligi

Quomodo laici putant uti verbis ut presbiteri orent vel missam legant

Nota pulchram glosam secundum laicos et simplices

suam ad pravam intencionem carnis vel sensibilem non credo quod committat symoniam coram deo etiam quamvis verba complicative dicat quia non est in eo studiosa voluntas emendi spiritualia pro temporalibus bene prout non abstinendo ab specie mala racione scandali vel mali exempli. Et ideo valde cautum et bonum est quod qui non bene scit in agendo intencionem suam spiritualiter dirigere non subtiliet se nec detineat intencionem suam ad peccatum. Sed ubi non est bene tutus referat se ad intencionem suam generalem carnis et ut dum incipit consuetudinaliter agere diligenter investiget quid ab intencione sua debeat excludere ut vera sit et non perversa.

Nota bonam cautelam spiritualem

Capitulum septimum ostendit quid sit dacio non gratuita et ponit multas eius species

Donacio non gratuita

Non gratuita donacio est que fit ex vel cum pacto expresso vel tacito dandi aliquid faciendi dimittendi subeundi vel sustinendi pro illa donacione. Et est duplex. Quedam enim est ex pacto ad quod aliquis precedencium per fraudem inducitur vel per violenciam impellitur ut cum quis dat alicui quem credit esse talem qualis non est et si sciret non esset datum vel cum aliquis dat ne moveatur ledatur detineatur confundatur aut infametur et isto modo gratuiti dicitur agere vel gravamen et non gratuiti quod malis gentibus fit. Alio modo fit ex vel cum pacto dotali(?) ad quod licet concupiscencia delectacio timor vel dolor impellat abintra sicut cum gulosus dat pro cibo infirmus pro medicina avarus pre timore famis vel verecundie vel tempus(?) non est aliquis extrinsecus vim faciens vel impellens ad huiusmodi dacionem. Dicitur autem non gratuita quia non gratis fit sed intuitu precii vel spe retribucionis aut operis aut passionis. Licet autem utraque harum dacionum sit magis voluntaria quam involuntaria eo quod ita bene voluntarie preeligit tyrannus dare pecuniam quam pati tormentum sicut preeligit dare pecuniam magis quam cibo carere. Prima tamen est multo magis involuntaria quam secunda. In secunda enim res impellens est quod placet sicut quilibet cibum vel aliud delectabile bene vellet habere sed aliquando videt dare pecuniam. In prima vero impellens omnino displicet et ideo dicitur pacio fraudulenta vel violenta aliquo modo. Potest eciam esse donacio mixta ex ambobus ut ea que partim gratuite partim non gratuite fit ut si aliquis ex benivolencia dat pro bono denario quod valet duos seu cum dat quod aliquid precium habere precium et vite vel coacte. Dacionum vero non gratuitarum secundus modus quod fit ex pacto dandi unam rem pro alia re et illa quandoque vocatur empcio vel vendicio et hoc dupliciter vel reservato dominio in re vel non reservato. Si non reservatur dominium tunc vocatur empcio vel vendicio sic quod non habet vel quandoque aliud nomen speciale. Et potest sic describi quod empcio est dacio rei vel precii pro alia re. Vendicio vero est dacio rei pro re vel precio. Si autem reservatur dominium in re tunc est locacio vel conduccio que sic possunt describi. Quod locacio est dacio rei vel usus eius cuius quidem rei dominium per illam dacionem non transfertur pro re vel precio. Dico autem rei vel usus eius propter diversos modos loquendi apud diversos. Alii enim dicunt in locacione rem locatam vendi ad tempus. Alii solum usum eius et non rem. Conduccio vero est dacio precii pro re vel usu eius cuius dominium non transfertur. Tercius vero dacionum non gratuitarum fit ex vel cum pacto dandi rem pacti vel opere aut accione et hoc potest dici convencio laboratoris vel laboris modo loquendi salvatoris Mathei xx ubi dicitur Convencione autem facta cum operariis ex denario diurno etc. Et talis convencio posset fieri sine commissione alicuius operis quia aliquis possit dare pecuniam quod non fiet transitus per ortum suum vel domum. Quartus vero huiusmodi dacionum fit ex pacto quo se conformiter mutuo homines obligant sub aliquo eventu fortuito. Et hoc dupliciter quia vel ille eventus de se ordinatur ad aliquam utilitatem lucrandi vel relevandi dampnum precium vel gravamen alicuius sic paciscitur ut si quis habet merces in via et dat alii pecuniam ut promittat ei pro dampno spoliacionis et recipiat in se periculum vel dampnum. Alio modo quod eventus ille quantum est de se nichil facit ad lucrum vel dampnum sed solum ex pacto hominum verbi gratia ut si equus iste alium preveniet vel homo aut animal pugnans vicerit vel tesseres sic ceciderint vel in hora tali pluvia aut nix non venerit et talia vocantur ludi vel vadiaciones(?) quia plures in ventura vident licet aliqui tamen senorum(?) et malicie fiant quod ludi nomen inito amittent nisi forte ipsi adlusione retineant. Advertendum etiam quod quamvis

Quid est empcio

Quid est locacio

conduccio

convencio

relevamen

Ludus ad lusione(?)

campsio

quelibet variarum commutacionum rei pro re posset dici campsio licet specialiter dicitur campsio. dacio pecunie pro pecunia vel dacio rei pro re vel pro bono spirituali sicut qui datur pallium pro missa. Considerandum est eciam quod variarum dacionum vel translacionum quedam sunt simplices sine omni condicione et limitacione quedam vero sunt condicionales et limitate et hoc vel ad certum tempus vel ad aliquem vel indeterminate ut ad vitam hominis vel ad beneplacitum dantis vel recipientis

Decimum capitulum ponit quatuor species iusticie secundum quas bene considerandum est que sit dacio iusta vel iniusta et quanta discrecio ad iudicandum in hiis requiratur etc.

Expedito ut supra quid requiratur ad dacionem vel ad translacionem huiusmodi esse vel naturam sed ad sciendum que dacionum huiusmodi sit iusta. Notandum est quod multiplex est iusticia particularis legalis moralis vel divina. Et licet quamcumque speciem includat precedentem ita quod qui facit contra iusticiam particularem facit contra omnes alias et qui contra legalem nec moraliter bene nec secundum deum iuste facit. Nichilominus aliquid nichil sit contra iusticiam particularem quod tamen rem publicam offendit. verbi gratia aliquis emit frumenta carius vendens eis iusto precio secundum valorem preter fine lucri sed emporie sua inducit caristiam et generat penuriam. Similiter aliquid nichil sit contra iusticiam particularem vel legalem saltem quod lex permittat et tamen moraliter male fit et contra deum sicud qui vir dat vel mulier recipit precium pacto turpitudinis hoc non est contra iusticiam particularem quia volenti est voluntario nemo iniuriam patitur in iusticiam volens nec contra legalem eo modo quo dicitur est quia lex talia sinit permittit ad vitandum maius malum tamen est contra bonos mores. Conformiter aliquis opus faciens dando elemosinam conformiter precepto sit moraliter bonus sicud adversus quibus tenetur quod tamen non est meritorium apud deum. Dato igitur quod aliquis contractus in genere commutacionis aut iusticie communitatis non sit iniustus et tamen est contra bonos quia vel res mali exempli aut scandalosa minus caritatem videtur. si quis intergat a simplice homine an liceat emere redditus ad vitam sub condicione reempcionis vel aliquid consimile ad solam particularem iusticiam respiciens dicat sine condicione licitum esse quod potest fieri multipliciter bene vel male econtra non videtur pertinere ad doctores vel alios intelligentes qui de tali contractu interrogantur omnes particulares circumstancias moralium et intencionum actuum cognoscere vel inquirere an videlicet petentes informari volunt contractum vel penitenciam faciant vel debeant aliunde aliquid cum pecunia disponere vel habeant conscienciam repugnantem et de similibus Sed videtur sufficere quod iustus inquirit vel cognoscat eas circumstancias que frequencius currunt in materia et de quibus circa hanc dubitatur communiter vel contrarium.

Capitulum nonum ponit quid requiratur ad hoc quod contractus sint iusti et hoc tam de continentibus quam non continentibus

¶ Generaliter igitur loquendo de particulari iusticia talium contractuum. Dacio simplex gratuita iusta est quia indicatur est pure et voluntarie sic dandi actualiter sicut signa pretendunt et in acceptatore pure et voluntarie sic actualiter accipiendi. Condicionalis vero vel limitata est iusta quando ultima predicta nulla condicio vel addicio limitans est contra speciem dacionis vel inse mala vel repugnans condicioni vel addicioni limitanti. Exemplum de addicione que est contra speciem dacionis ut si aliquis dicat ego do tibi hoc sic quod ego habeam dominium eius Item si dicam do tibi hoc dummodo negeris deum hec est condicio mala et tamen accipiens eam apponens potest sic contrahendo. Similiter si dicam do tibi hoc cum pacto ne emendi alia pro ista pecunia quamvis in balneo et tu dicas placet sic tamen quod mihi illa pecunia valeat Hic una condicio repugnat altera. Ubi tamen ad intencionem quod in primo et tercio exemplo non redditur penalia dacio iniusta sed omnino nulla et simpliciter est iudicandum in vendicione vel empcione condicionali vel limitata et illud facilius poterit. Contractus enim non potest aliter iudicari malus nisi uno illorum quatuor modorum vel quod malus in se sit vel quod aliqua condicio vel circumstancia apposita sit mala vel quod aliqua circumstancia repugnet ipsi contractui vel una earum alteri. Sed ad hoc quod contractus non gratuitus sit iustus requiritur quod totum quod importatur verum et licitum et bona fide fiat sive sit expressum sive tacitum dummodo communi vel consuetudine intelligendum vel subintelligendum

---

Marginalia:

nota

nota interest inter iusticia particularis legalis moralis divina

nota ubi non datur lex et accepto

nota quid de elemosina non est meritoria

nota bene

Item dacio debet fundari ad aliquid et ligatione cum cautela et non debet aliquis profert simpliciter nisi facit et putet sit bonum et mala et secundum magis et aliquid

nota bene

(incontr.)

modo committent, sit secundum intelligenciam labo-
rum. Et dequato quibus huiusmodi pacta non
fiant bona fide, detinendo iniuste recepta ac
recepit. Utrum autem ea fiant iniuste. Si hec
operum manualium artifices et quicumque labo-
ratores se discutient sepe se iniustos recepto-
res aut possessores agnoscerent. Magis autem
circa quibus in iure et facti doctoribus sufficienter
expressum est quo pacto usurarie recepte terre
et fructus eorum percipe aut dispensare. Quo
etiam ipsi vivere et ea que perceperunt deffinire
deberent. Cum igitur illa pacta non fideliter
fiant, fiant se iniustos occupatores, ymmo
fures vel raptores. Fures inquantum maliciam
suam occultando bona [illegible] qui subtrahunt,
raptores vero inquantum per potenciam iniustam
et coactionem resistunt ne per violacione pactorum
laborum eorum iniuste perveniant etc.

Capitulum decimum quod requiritur quod pura simplex
vendicio sit iusta conditio et locatio et hec
contractus, quod non licet homini dare pecuniam ma-
lam pro bona quam ab aliis pro bona recepit.

Pro hoc autem quod pura simplex vendicio
sit iusta [illegible] iusta et ingenue
vendicionis tria requiruntur. Primo quod vendens
bona fide nec credendi racionem habeat nec credat se
aliquam [illegible] vendicionis tempore ultra iustum precium.
Dico tamen notanter non habeat racionem credendi etc.
et non dico affirmative quod requiratur ut credat
se rem dare pro iusto precio, quia difficile est scire
et tamquam [illegible] scire pro vero valorem rei.
Et dato quod posset scire ad hoc in casu sine cul-
pa possumus esse [illegible] intentus ad alia quod nunquam
de hoc cogitem, et sic non credo. Credere enim est
cum assensu cogitare. Et quia etiam possem
ex negligencia debita non cogitare ubi tamen
multo cogitare et advertere. Ideo dico nec cre-
dendi racionem habeat. Ubi ergo si committerem
vendicionem rei mee bona fide vendentem secundum
famam bono viro et putarem nunquam cogitare de iusto
precio [illegible] non habens racionem credendi in bonum,
et sic non tenetur videre an recipiet iustum precium.
Si vero sciens committerem viro qui consuevisset
semper iniuste vendere etc. habens racionem credendi
vel saltem presumendi de iniusto et non essem
compensaturus, nec bona fide reciperem aliquid ultra
iustum precium. Dico quoque notanter racione ven-
dicionis, quia alia occasione posset aliquis
aliquid ultra illud recipi sicut quod ille ex pye-
tate et liberalitate daret. Dico etiam signanter
nec credat, quia quis quamvis nullam racionem habet
credendi rem minus valere et tamen credit, tunc
iniuste vendendo faceret contra conscientiam et iniuste
ad minus coram deo. Secundo requiritur quod det emen-
tem venientem [illegible] vendibilem talem, ymmo qua-
lem bona fide iuxta contractum de consensu et
intelligencia communi [illegible] vel signorum credit
ipsum velle habere aut velle debere. Addo notanter
velle debere, quia si quis vellet aliam quam
vel qualitatem rem habere quam exprimit et vendens
daret sibi bona fide talem qualis publica communis
exprimitur non faceret iniustum, quia talis debet esse
in communi contractu. Tercio requiritur quod ad minus virtualiter
intendat, si veniat agnoverit rem non fuisse
talem qualem secundum contractum esse debuit, quod hoc
velit sic racionabile fuerit emendare. Ad empcio-
nem vero requiritur quod emens det precium quod emi-
[illegible] de quo non credat nec racionem habeat
credendi iuxta contractum ipsum esse insufficiens
vel indebitum. Et addo notanter indebitum, quia si
emissem rem nominatim pro xx florenis et darem
xx libras que valent xx florenos, esset quidem
sufficiens sed non debitum precium iuxta formam
contractus. Probatur autem quod talia requirantur:
primo in negocio et commutacione servari debet
virtus et equalitas vel saltem bona fide vi-
tari inequalitas et fraudis. Ergo patet prima con-
dicio. Et si equalitas requiritur, multo magis et
ad minus requiritur intencio equalitatis vel vitandi
inequalitatem, quia qui illam non intenderet
ipsa intencione vel intendens deffectu non esset
iustus, et quis venditor aut emptor et per
quamvis nec opus [illegible] intencio sua, ut enim
ait [illegible]. Omnium [illegible] precipua est intencio [illegible]
est omne opus quod [illegible]. Hoc est quod apostolus
prima ad thessalonicenses 4 dicit: hec est vo-
luntas dei [illegible] ne quis supergrediatur neque
circumveniat in negocio fratrem suum. Per hoc quod
dicit ne supergrediatur excludit inequalitatem,
per hoc quod dicit circumveniat excludit fraudem
et falsitatem. Secunda condicio patet, quia si quando
venditor non daret talem rem etc., tunc non
servaret nec fieret virtutem et esset fraudulentus,
et talis etiam esset vendicio sua. Tercia probatur:
omnia similiter quod quilibet racionabiliter vellet sibi
fieri, ergo hoc debet et aliis. Ex hiis poterit
faciliter agnosci quia iniuste sunt ille

q° an licitu sit de moneta no pure argentea ḡmuēd minores elige z resolue i argentu ul vende preciosius lemones eque care distrahē.

No tn
conts medicos

Supplacones rerum no ḡtinec qn medicas
simulacom, fram, obtinet elemosinam, symo
maca ḡcedina rem spualem, captiuatoz ho
mīs violentm pḡhomīs libacōne, pecunam
lucr̄ liceat ꝑ obligacom suam ad solum,
tibi hic obligacom scdm vendere ad aliud
z ꝑca rone illius obligacōnis pecuniam. Si
em ipsa eent vendibilia absꝗ de iure z ipsi
reciperet iustū ꝑcium z sumaret equalitas
ac sta medico z alia ꝑtracta quibus possz
ea inculpare elima vo impedict ipsa nec
corum aliqua desciunt manifestū est qꝫ si
ī iuste tales paciuntur. Colligis eciam qꝫ
hic quid requirit ad iusta ꝯducōm loca
cionem campsionez quas ego reputo emp
tones usus rerum ad tpus ul emptones
pecunie. Ex dictis eciā patz error illoꝝ
qui sciend distrahunt hominibus malas pecunias
ul alias res pꝫhomīs postquam ab alijs
sic ad ipsos puenerint tales em nec dam
iustū ꝑcium nec fideli agunt nec bene ī
tendunt sed hoc quo ad pecunias ꝓprie in
telligend est qn datur pecunia que ē fal
sificacio monete quis. Si em aliquis dat
alteri denarium ul gross aut flor notabil
plus capri habentem quā alij hoīs qui tn
sine falsificacōne de vera moneta mo ꝓcedit
no audeat hoc simpli z gnali in iustū
iudicare. Informatꝯ n̄ sum augius monete
no posse ꝓuideri qꝫ cuprum z argentū ī oibꝫ
gross ul denarijs sit equale.
Videatꝯ capitm ponit qꝫ requirit ad hoc qꝫ
contractꝫ sit licitus iusta legali morali ul
diuina z iudicali in uestigat an iuste qs
possit elige meliores minores de moneta
ꝑm z alios eque care vende ul ꝯponere ꝑc
Ad hoc aut qꝫ vendicō ul empcō sit
iusta scdm iusticiam legalem requirit
ultra predicta qꝫ quis nec cedat nec cede
di iuuenem habeat eam ex ꝯmutati ul reipu
blice ꝑiudicialem. Cum sit em in aliqua ꝯmu
nitate vices sine tam cautas dimittat ma
date qua rone emolumtoꝝ. Et pote solarii
defensionis z similia que habet absꝗ debet
eidem ex utilis iuxta statum suum z maxime
no dapnosus. Nam cum scdm iura tur
pis sit pars que suo toti no ꝯgruit tur
pior ē utiqꝫ que nocet aut destruit.
Hinc est qꝫ si quis interrogetꝯ de aliquo
contractu ul ope an liceat no suffiat solum
respiae ad iusticiam particularem cum alteris
partibus ḡuis sit ꝯmunitatem offendere quam
singularem ꝑsonam. Et ꝯmunitas sicut scdm pꝫ mito
attendimus z dignius gerit. Dubitatꝫ em
an licitum sit de moneta no pure argen
tea ꝯmouere minores eligere z resoluere
in argentum ul vende preciosius lemones qꝫ
eque care distrahē. Ad hoc quidā forte mimis
simpliciter sine omi distincōne videt simpli
qꝫ sit qma quilꝫ pt de z cum sua re fac
siud vult. Sed hec responsio videtꝫ ex insuf
ficiens z nimis vera. Insufficiens qꝫ videtꝫ
solum ridere ad primū videlꝫ de electione
minoꝝ. Ad hoc em videtur aliquo ptinē
ro adducta sed ad alia no sit ꝯma ꝑtea
dem illud no videtꝫ sit gnali verum sed
oportet intelligi sine ꝑiudicio alioꝝ na si possū
destruē domum meam opꝫt tn caue de pre
iudicio vicinoꝝ. Sic etiā no licet electio ꝑ
ꝯmuniqꝫ quis est pe ul aqua quis vtatur quoꝫ
ul lumen desideat. qꝫ ideo ꝑꝫ minores
qui eo qꝫ inꝑtrancis ꝑtibꝫ licera sectantꝫ
forte crederet sit nimis culpabiles. Hoc ꝓbatꝫ
sic qma videlꝫ tūc no liceat solummo ab
scondere ꝯtra ꝯmunitati z ei no ꝯmunicare ma
ledictōne dignus est. q° multo magis alienare
z maxime destruē talia sine racionabili causa
ul congrua recompensa arꝫ pꝫ ꝑu xj°.
Qui frumenta abscondit maledicitꝫ ī ꝑplis.
Clamans aut hic solum dicitꝫ de frume
to qꝫ illud omnibꝫ gnali z ꝗ omi tpe
solet ee nccm. Nemo tn dubitet qn eadē
sit racō de alio quocūqꝫ qꝫ eet eque nccm
mior aut vo de nimis nccō z sit nimis
ꝑcium. Sed quicūqꝫ modicū sit aliquis
ꝯmunitati nccm ul utile semꝑ est de tanto
ꝑcium ipm destruē ymo eciam alienare.
de quanto destructō eius ul alienacō est dap
nosa nisi forte fiet qꝫ racionabili causa ul
cū ꝯgrua recompensa z tūc eciā no cense
retur dampnosa. Verbi gra Si aliquo ul
destruo monetam ne ꝓpter eam occidar ul
ꝓptꝫ hoc ut habeantꝫ hic panni ita nccrm
vel utiles sicud moneta. Ex aut ꝓtacta
electio minoꝝ magis ꝯmuni ꝯmunitati no
erat ꝓbatum qma vilificacō monete no
est terre sicud patz ex ꝯmi querela.

No sit dictus
malis pecuniis
ꝓhomi scient

No cautela
modernorum
precedens

questio

exclusio
cum solu
cionis

No

principum et quod cum in illis terris ubi fiunt
pecunie communiter incipiunt et debilitant
monetas secundum illas constitutiones minores plus quam
nunc est debilitatio monete cuius bonitas
legis consistit solum in constitutione principis et
acceptatione populi. Tamen cum principes quam
plurimi ceteris paribus multo plus appreciat mo-
netam de meliori metallo et maioris pon-
derositatis quam de viliori metallo et minoris
ponderis. Et ita oportet fieri continue quod si
aliquis velit estimare suam monetam quam (?)
cum hominum terre non potest facere quod alia diversa-
rum estimet monetam habentem secundum ipsa. Quando
autem vicine terre receperunt aliquam minus acceptant
ipsa cum hec ceteris paribus minus valet.
Quoniam ergo eligentes minores commodiores et plus
de argento habentes reddunt monetam minus
acceptam inter quam (?) terre constitutionem
non curant proprie quod eam debilitant. Con-
firmatur hoc melior est moneta que valet
non solum constitutione principis et accepta-
tione populi sed etiam preciositate et ponderositate
metalli patet hoc quia sublata constitutione
principis adhuc moneta valet. Quia ergo
habet certum valorem et stabilem monete bonitatem
predicti corruptores tollunt vel minuunt manifestum
est quod eam debilitant. Preterea cum superiores
quos non constat errare consilio maturo in-
venerunt communitati expedire monetam tanti
ponderis et valoris quemcumque illi dispositione ra-
tionabili causa certa venerunt presumendum est (?)
illi communitati nocere. Hoc autem faciunt corruptores
antedicti. Preterea tales corruptores monete
aliquando faciunt libram denariorum ita levem
sicud (?) quam perdunt monetam secundum preciosiores mo-
nete in [illegible] dampnatur. Ergo videtur quod et isti
dampnationem mereantur. Obiciet forte aliquis
dicens non esse nocivam illam corruptionem quo-
niam minorum quod non plus valet quamvis minus
et non minus levius eo quod tamen emitur pro uno
precio pro alio et non plus. Item talis electio
vel corruptio de moneta non videtur
reprobata a doctoribus nec assumptoribus prohibi-
ta. Cum tamen ab antiquo homines fecerunt
de moneta vasa argentea vel aurea et ad
hoc communiter eligunt grossiores et plus de argen-
to habentes si ergo unum est licitum quare
non aliud et econtra si unum est illicitum quare
non aliud. Videtur ad primum quod licet
in principio modicum vel nullum dampnum esse
videatur et maxime illis non noceat vel
modicum qui pecuniam negotiando in eo expo-
nunt successu tamen temporis illi qui census
habent et redditus quorum pecuniam pro qua debent
res suas paulatim de die in diem consumunt
patiuntur magnum dampnum postquam cum populus
intelligit monetam debilitatam datur quidquid du-
plus quod dabatur antea pro duobus et sic apparet
tam monete debilitatio quam dampnum hominum.
Cum autem dicitur leviores non minus valere nec grossiores
plus constat esse falsum quoniam si grossiores non
plus valerent nemo eos eligeret. Preterea
si grossiores non valent plus tunc qui vendit
eos carius peccat et iniuste facit. Si autem
plus valet proximum (?) quod leviores minus valet ergo
iniustum est eos facere ita carius exponere ac
si nulla esset corruptio facta. Ex hoc autem
posset probabiliter suaderi quod sepe ista corruptio
esset contra iustitiam proximorum (?). Si enim dedi
tibi proximo libram denariorum continentem in
pondere marcam argenti et valentem quatuor
florenos etiam si tamen pondere vendatur precium
in multis locis sit tu statim corruptione facta dabis
michi pro uno libro (?) quam est tamen bonis sic
pannonicis una libra que vix continet di-
midiam marcam argenti et valet solum duos
florenos ubi est hic equalitas. Ubi iustitia.
Enim cum liber (?) eius sit [illegible] et ubi quod ita
bonus (?) [illegible] precium primo [illegible] libra tua
in multis minus valet in qua tibi mea quare mea
valet tibi ad oppositum argentum tua michi
vix ad dimidium. Mea tamen pondere vendita
valet quatuor florenos tua non nisi duos. Et
ideo etiam illud non potest esse [illegible] vero quod
